Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dum ignorat unde magis ueniat. nec domi sit foris
stare & desiderio ei agnata dicere. osculet me osculis
oris sui. Vbi autem uenit sponsus dicit. bona sunt ubera tua
super uinum. & reliqua usque ad eum locum ubi ait. post te curre
mus. Post hec dilecta iam uice carnatus ab sponso recipi
ens. introducit in cubiculum eius & dicit. introduxit me
rex in cubiculum suum. sed & cetera que post hec scripta sunt. intus
posita loquitur ad sponsum presentibus sponse quide adolescentu
lus sponsi uel sodalibus. Verumtamen intellegatur sponsus
ut pote uir non esse in domo. neque semper assistere sponse
intra domum posite. si; erat frequenter. & illa eum quasi
amore eius saucia requirat absentem. si; & ipse interdum re
deat ad eam. Sicut quod uidetur per totum libellum aliquando quide
uelut absens requiri sponsus. aliquando uero uelut presens
colloquitur cum sponsa. Ipsa autem sponsa cum multa & mag
nifica in sponsi cubiculo prouidisset. petit se etiam in
domum uini introduci. quam cum ingressam prospexisset
sponsus ut pote uir non resedit in domo. ipsa uero rursus
amore eius exagitata erat foras. & circuiens pagrec
circa domum ingrediens atque egrediens. & omni expar
te prospiciat quando ad eam redeat sponsus. & ecce subito
uideat uicinque montium iuga in mensis saltibus superan
tem descendere ad domum. in qua amore eius sollicitata
estuat sponsa. Peruenens uero sponsus ad parietem domus.